

Lestconis Ducis Sivadie testimoni-
um concessionis advitalitatis per Vene-
rabilem Episcopum Vladislaviensem Le-
onardo militi villa Episcopalis Carnino.

119

Lestco Dei gratia Dux de Sivadie universis
Christi fidelibus presens scriptum inspectu-
ris salutem in Domino. Universitati vestre
tenore presentium notum esse volumus, quod
Venerabilis Pater Dominus Wolimirus Epi-
scopus Vladislaviensis ad quorundam nobilium
preces virorum Leonardo militi nostro vil-
lam Castellanis sue de Wolbor, que Carnino
nuncupatur, concessit cum omni utilitate, que
ad vixit possidendam tali videlicet conditione,
quod ei ~~ut~~ annuatim mellis solvat annis sin-
gulis usualem. In cuius rei testimonium
presens scriptum nostri Sigilli munimine
fecimus roborari Datum in Sivadie Anno
Domini millesimo, ducentesimo, sexagesimo,
quarto, in crastino Nativitatis Sancte Marie.

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including the name 'Leonardo' and 'Carnino']

